



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Lvcensi, Astoricensi, Mindoniensi, Auriensi, & Tudensi Episcopis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

briensis Episcopus in nostra & fratrum nostrorum præsencia, sicut bene novisti, ab obedientiæ vestræ vinculo absolvi-
stis, & nos eosdem à vestræ obedientiæ debito auctoritate apostolica reddidi-
mus absolutos. Provideas igitur ne per
potentiam regiam vel alia qualibet ma-
chinatione impediatur Episcopi me-
morati & prædicti Clerus & populi obe-
dientiam secundum sententiam & præ-
ceptum nostrum eidem Compostellano
Archiepiscopo, ut prædiximus, exhi-
bere. Alioquin quod à sanctæ recorda-
tionis Alexandro Papa prædecessore no-
stro de obedientia Compostellano Ar-
chiepiscopo ab Episcopis Gallæciæ im-
pendenda dignoscitur olim fuisse statum,
verendum est tibi ne nos ipsi ratum
habeamus & firmum, & faciamus aucto-
re Domino inviolabiliter observari, tan-
tòque culpam inobedienciæ curabimus
gravius castigare, quantò in contemp-
tum apostolicæ sedis & personæ nostræ
specialiter hujusmodi rebellio ampliùs
redundaret. Datum Laterani IIII. Idus
Iulij.

*In eundem modum scriptum est Colim-
brien. Episcopo.*

*VLIXBONENSI, ELBORENSI,
& Lamecensi Episcopis, & Clero &
populo Egitanienfi.*

*Epist. 135.
Decadem 1c.*

ANtiqvas controversias & diffi-
ciles inter Compostellanam & Bra-
carensis Ecclesias tam prædecessorum
nostrorum quàm nostris etiam temporibus
agitatas, sicut vestra fraternitas non
ignorat, non sine labore multo nos &
fratres nostri exacta diligentia per auxi-
lium divinæ gratiæ curavimus terminare,
quemadmodum in rescriptis apostolicis
processum caussarum plenius continen-
tibus perpendere poteritis evidenter.
Volentes autem ut apostolicæ sedis &c.
vsque ad verbum observare, venerabili
fratri nostro P. Compostellano Archie-
piscopo ejusque successoribus tanquam
Metropolitano vestro, sicut alij suffra-
ganei sui faciunt, obedientiam & reve-
rentiam debitam impendent. Alioquin
sententiam quam idem Archiepiscopus
in vos rationabiliter tulerit, auctore Do-
mino ratam & firmam habebimus & fa-
ciemus inviolabiliter observari. Ut au-
tem quæ præmissimus liberiùs adimplere
possitis, venerabiles fratres nostri Bra-
carensis Archiepiscopus & Episcopus

Colimbriensis vos coram nobis & fratri-
bus nostris ab omni obedientiæ suæ vin-
culo absolverunt. Nos etiam ab ipsorum
obedienciæ debito auctoritate apostoli-
ca vos reddimus absolutos. Datum La-
terani IIII. Idus Iulij.

*Scriptum est super hoc singulariter singu-
lis nominatis Episcopis, & Clero & populo
per eorum dioceses constitutis.*

*LVCENSI, ASTORICENSI,
Mindoniensi, Auriensi, & Tudensi
Episcopis.*

ANtiqvas controversias &c. *vsque*
ad verbum resurgant, fraternitati
vestræ per apostolica scripta præcipien-
do mandamus quatenus apud venerabi-
lem fratrem nostrum Archiepiscopum
Bracaren. & charis. in Christo filium
nostrum Portugal. Regem illustrem par-
tes vestras efficaciter interponere procu-
retis ut statatis ap. se. &c. *vsque ad ver-
bum* observare, venerabiles fratres no-
stros Vlixbonensem, Elborensis, &
Lamecen. Episcopos & eorum Eccle-
sias &c. *ferè in eundem modum ut supra usque*
ad verbum dimittentis. Alioquin quod
à sanctæ recordationis Alexandro Papa
&c. *ferè ut supra usque ad verbum* redun-
daret. Et quoniam nuncius, ut accepimus,
non facilè reperitur, qui litteras
apostolicas vel Compostellani Archie-
piscopi audeat super his in regnum Por-
tugalen. deferre, sub eadem districtione
vobis injungimus vt litteras nostras &
ipsius Archiepiscopi Compostellani, qui-
bus super hoc missæ fuerint, occasione
& excusatione cessante, sine dilatione
qualibet tamdiu fideliter transmittatis,
cùm ab eodem Compostellano simul
omnes vel seorsum singuli fueritis requi-
siti, donec idem Archiepiscopus prædi-
ctorum quatuor episcopatum possessionem
pacificam fuerit assecutus. Si verò,
quod non credimus, præceptum no-
strum non fuerit adimpletum, volumus
& mandamus ut cùm fueritis per Com-
postellanam Ecclesiam requisiti, verita-
tem super his nobis significare vestris lit-
teris procuretis. Datum ut supra.

Epist. 136.

*ARCHIEPISCOPO ET CAPITVLO
Compostellano.*

CVm dilectus filius A. civis Anagni-
nus tutor & curator nepotum suo-
rum, filiorum quondam G. civis Anag-
H h h iij

Epist. 137.